

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.

1730- 1784

1. Caillet de dysenteria. 1734.
2. Gaspart de exostosi cranii. 1730.
3. Chardulliet de incubo. 1734.
4. Clad de usu mercurii sublimati corrosivi. 1784.
5. Colin de gastritide. 1771.
6. Conrad de hydrocephalo. 1778.
7. Corvinus de hernia cerebri. 1740.
8. Corvinus de tartaro. 1780.
9. Corvinus de conceptione tiboria. 1780.
10. Corvinus histonia aëris factitiae. 1777.
11. Cuénotte casus subluxationis cerebral. 1761



S P E C I M E N I N A U G U R A L E
M E D I C O - T H E R A P E U T I C U M *4*
D E
P R O S C R I B E N D O P O T I U S
Q U A M P R Ä S C R I B E N D O U L T E R I U S
M E R C U R I I S U B L I M A T I
C O R R O S I V I
I N T E R N O A C L O C A L I I N R E M E D I C A
E T C H I R U R G I C A U S U
F A V E N T E D E O
C O N S E N T I E N T E G R A T I O S A F A C U L T A T E M E D I C A

P R O Z I C E N T X A
S U M M O S I N M E D I C I N A H O N O R E S E T P R I V I L E G I A
D O C T O R I S M E D I C I
L E G I T I M E A D I P I S C E N D I
I N A R G E N T O R A T E N S I U M U N I V E R S I T A T E
D I E X X . S E P T E M B R I S M D C C L X X X I V .
P U B L I C E D E F E N D I T
F R A N C I S C U S A N T O N . C L A D , B I T S C H W I L L E R O A L S A T A .
I N A U D I T O R I O M I N O R I H . C .

A R G E N T O R A T I , Typis JOH. HENRICI HEITZ, Univ. Typogr.

HUNDERTMARCK

*de Mercurii vivo & cum Salibus varie mixti summa in Corpus
humanum vi atque efficacitate, &c. §. I.*

Si quis Medicus in arte facienda officio suo omni ex parte satisfacere velit, in id potissimum omni animi contentione incumbat oportebit, ut, causis veris morbum efficientibus probe cognitis atque perspectis, ejusmodi inveniat medicamenta, vel illis jam repertis utatur, quorum natura & indoles recte intellexta, causis paulo ante dictis vere conducens esse animadvertisatur, maximeque accommodata. Hanc si semel eruerit acriori ingenii acie convenientiam inter utriusque naturam, & de eadem, tam ratione quam experientia, fuerit confirmatus, tunc se hoc tutius ægrotis subventurum, eorundemque eo melius consulfeturum esse saluti confidat. Sed hoc arduum est opus, hic labor profecto maximus, quod in numero medicamentorum usu receptorum copiosissimo, que in materiem medicam, quo jure quaque injurya, irreperunt, tiro in primis in arte nondum satis exercitatus sæpe ægrius inveniat, immo delectum vix facere calleat, quibus potissimum remediis tam morbis qui præcipitant ægrotos, quam illis qui trahunt eosdem, opem ferre valeat vere salutarem. Hinc ille demum partes suas quam optime sustinebit, qui ante quam quovis uti conetur medicamento, diligentius in ejusdem inquirat vim arque proprietatem, præparationem, hujusque modum, ut ne scilicet aliorum auctoritate & laude, qua illud remedium frequentius immerito cumularetur, perturbatus, & præconceptis opinionibus in errorem abreptus, ægrotis sua curæ commissis plus adferat detrimenti, quam utilitatis.



• INSTITUTI RATIO.

Ex quo illustris Viennensium Schola præprimis, ex cicuratis atrocissimis toxicis remedia heroica pulcherrimi usus creando omnem operam impendit, ego semper peculiare & suavissimum studium in eo posui ut rationem, cur & quomodo hoc fiat, expiscarer; ut indagarem, num talis metaschematismus cuivis ætati, sexui, vitæ generi, populo, climati, irritabilitati, sensibilitati systematis nervei, &c. sit adæquatus, nec ne; ut rimarer denique illa Medicaminum genera, quæ domatorum Venenorum fortassis vices agere possent, quippe quæ ultima mihi nunquam non, faltem quoad maximam partem, suspecta manebunt. Inter crudelissima sic cicurata toxica eminet omnino Hydrargyros sublimatus corrosivus, debita spiritus frumenti vel aquæ puræ solutus portione, ac sub nomine SPIRITUS MINERALIS L. B. VAN SWIETEN inclarescens, laudatus ab his, culpatus ab illis & quidem, nunc dum hæc scribo, multo pluribus. Id quod maxime attentionem meam circa illum sibi vindicavit, est, quod prudentissimi alias, forsan præconceptis opinionibus imbuti, aut fama talis

medicamenti allesti, Machaones ipsum multis parasangis talibus præferant Remediis, quæ livida nequidem invidia inter nocentia, quin præstantissima, locare potest. Vidimus venerandum, summa auctoritate fruentem & miro judicii acumine dotatum senem cordate pluries Hydrargyron corrosivum methodo L. B. VAN SWIETEN domatum propinare, ac vicissim multo minus truculentum ab ALSTONO, in *Essais & Observations de Medecine de la Société d'Edinbourg*, Tome V. Article VII. propositum remedium, quod cl. ALIX, *Obs. chir. Fusc. II.* MARX, *Obs. quædam med.* & innumeri alii ad fidera tollunt, innocuum fere stanni purissimi limaturam per cibrum trajectam inquam, &, quod maxime mireris, ab ill. PALLAS, *Nordische Beyträge*, I. Band, Seite 55. stannum purissimum minutissime granulatum, pituitam tænia laborantium incidendi scopo commendatum, ut suspectum, Medicum dedecens, imo trucidans explodere pharmacon! Cum in eo essem constitutus, ut exoptatissimi, ab ill. PALLAS correcti, ac non nisi per Pharmacopœi imbecillitatem noxam afferre potentis remedii supposita curatori examini subjicerem flagitia, forte fortuna mihi, vindicias Jovis purissimi omni sic dicta ligatura cum alio metallico corpore orbati & minutissime granulati præmeditanti, ac loco Thematis inauguralis exarare incipienti, experientissimus Dn. DIEBOLD, *Med. Doctor & Collegii Medici Argentoratensis Sodalis*, duas communicavit observationes, ex quibus denuo colligo, illustres Germanos, Gal'os, Britannos & alias hodiernos pærstantissimos Medicos atque Chirurgos non absque ratione adeo acriter in sic dictum Spiritum mineralem L. B. VAN. SWIETEN & similes ipsi Mercurium sublimatum corrosivum intus exhibendi rationes invehi. Liceat, continuo riyo, ambas calamo experientissimi Viri exaratas hic appo-

5

nere, ac simul Hydrargyri corrosivi methodo SWIETENII
propinati noxas præprimis ostendere!

OBSERVATIO I.

„Strenuus, constitutione corporis robusta ac in-
„durata fruens, ne unquam Remediis evacuantibus, aut
„alterantibus vexatus, Centurio, per contactum illi-
„citum, Gonorrhœa virulenta affligitur. Hanc nauci
„faciens, post propinata aliquot purgantia, cito inje-
„ctionibus ex aqua vulneraria Lemery vinosa, cum
„copiosa aqua vegeto-minerali Goulardi sibi præci-
„pit, ne hilum observato regimine diætetico, milita-
„ribus exercitiis fese submittit, ac omnia sibi minan-
„tia pericula flocci pendens, castra Veneris denuo se-
„dulus sequitur. Inopinato, elapsis aliquot septima-
„nis, Ancyloblepharo ac Chemosi utriusque bulbi
„oculi adeo refractario corripitur, ut accersitus illico
„primarius Legionis dexterimus Chirurgus Vesicatorium
„ad nucham admovere, atque repellentia topica venæ
„fectionibus in ipsis jugularibus reiteratis nubere fue-
„rit coactus. Dum hæc sic aguntur, sensim sensimque
„ex apertis palpebris, imo bulbi anteriori facie acerri-
„mus emanat, illi ex lacunis mucosis Urethræ olim
„fudanti, prorsus similis ichor. Cellulosæ intermediae la-
„mellarum Corneæ mirum quantum intumescunt, glo-
„bi oculi proptosin minantur, ægerque intolerabilibus
„excruciatur doloribus. Perspicax Chirurgus, omni data
„opera saniosum Urethræ effluxum resuscitare satagens,
„genitales partes vesica Decocto Rad. Lil. albor. Herb.
„Brancae ursinæ, Parietariæ, Sem. Lini cum Lacre reple-
„ta investit, emollientissimas Urethræ injectiones, simi-
„liaque Semicupia incassum administrat. Dum interim

„ inflammatio bulborum in dies augetur, anodyna emol-
 „ lientibus & camphoratis localibus nupta spadentur &
 „ judiciosus medens simul, totam humorum massam fo-
 „ mite venereo infectam augurans, Hydrargyron corro-
 „ sivum copiosissima Aqua & Syrupo demulcente mersum
 „ reliquis ex Mercurio conflatis remediis internis, utpote
 „ minutissima omnium Dosi adurum, præfert, fama lar-
 „ vati toxicí alioquin allectus. Auscultans æger, præter
 „ lenem vertiginem, nauseam & vomendi conatum,
 „ nulla ex duobus cochlearibus quotidie propinatis ex-
 „ perit symptomata, Chemosis aliqualiter levatur &,
 „ rem in vado esse augurans, Chirurgus quotidie demum
 „ non nisi unicum præcipit gr. $\frac{1}{4}$. sublimati includens
 „ Cochlear. Interim æger, ex continuato per sex hebdo-
 „ mades solum cicurati Mercurii corrosivi prudentissi-
 „ mo usu, Dyspepsia, Apepsia, imo Diaphthora lenissimo-
 „ rum ciborum inopinatè cruciari incipit, ac Febricula
 „ lenta post prandium & coenam recrudescente enerva-
 „ tur. Solertiſſimus Chirurgus Lac Aſinæ, Cortice Per-
 „ ruano maritatum, pro toto nutrimento præscribit,
 „ sed incassum omnem impendit operam. Sceleti instar
 „ extenuatus olim robustissimus miles, Singultu ex
 „ meracis illico corripitur nonnisi hauſtis jufculis, len-
 „ ta indies ingraueſcit Febricula, Singultus per tria ny-
 „ chthemera tandem indeſinenter continuat & convulsus
 „ demum æger miserrime crudelibus sub cruciatibus pe-
 „ rit. Aperto legitime cadavere apparent glandulæ Me-
 „ fenterii enormis voluminis, totus alimentarius canalis
 „ paſſim, præcipue in regione Cardiæ, maculis lividis de-
 „ foedatus, mucus villosæ quaſi abrafus, Duodenum mox
 „ sub Pyloro ſpazio affectum, Sphaceli lenti nulla ex
 „ Inflammatione prægressa ſenſim formati imago. Ap-
 „ parent ſimul lamellæ Corneæ fanie exefæ, alterque

oculus ulcere fistuloſo Cornea turpificatus. Apparet de-
nique cadaveris cellulosa ſubcutanea ex plenaria adipis
penuria marcore tetro foedata.

OBSERVATIO II.

„ Lectissima, ad viſum exoptatissima ſanitate fruens,
 „ a parentibus nulla hæreditaria labe affecta, ſed vicifim
 „ mira Systematis nervei ſenſilitate, muſculosique irri-
 „ bilitate excruciatā, meris ex nugis ferociffime exca-
 „ descens, Puella, Serpigine, amoenam faciem deturpante,
 „ inopinato corripitur. Viſtum animalem ſimul horrens
 „ non inſi coaſtum lac, acetaria, fructus horæos ap-
 „ petit & ita admirandum naturæ iſtinctum, medentis
 „ coram oculis, depremit. Non conſcius vero hic clar.
 „ MEZA, Collect. Societ. Med. Hav. Vol. II. caſus, ubi
 „ viri meminit, qui a ſolo per plures hebdomades deſi-
 „ derato pomorum acidorum eſu a refractaria faciei cer-
 „ vicisque, ſublimatum eludente Serpigine fuit libera-
 „ tus, pro more laxantia antiphlogistica, pulveres ex
 „ Sacch. Laetis, Æthiope minerali, antimoniali, lacticinia,
 „ acidulas martiales & hujus farinæ remedia adornat. In-
 „ graveſcente nihilominus per ferociffimam iracundiam
 „ malo, a bile per ſpasmus primarum viarum ad ſan-
 „ guinis maſſam refuſa primarie oriundo, abſurdo con-
 „ filio, Decocta Lignorum, Aquila alba, imo Resina
 „ quajaci Taffa ſoluta ſenſim ſenſimque in uſu trahun-
 „ tur. Dum indies magis propullulat foediſſima Serpigo
 „ & alterum oculi bulbum minatur ſerpens Exanthema,
 „ clandestino more & subdole accerſitus in arenam eſcen-
 „ dit ineptiſſimus tonsor & ex Hydrargyro ſublimato, jux-
 „ L. B. IVAN SWIETEN, in ſpiritu frumenti ſoluto prom-
 „ tum pollicetur ſolatiū. Exhibet, evacuatih prius per

„ pilularem massam ex Ref. Scammon. & Calomel cibariis
 „ viis, quotidie non nisi ad cochlear unum, per plures fe-
 „ ptimanas, copioso Syr. Capillor. Veneris palato suavius
 „ redditum medicamen. Evanescit, elapsis duobus men-
 „ fibus, desquamata Serpigo & miris encomiis conde-
 „ coratur medens. Dum parentes cum dilectissima filiola
 „ mirum quantum illius canunt laudes, sensim sensimi-
 „ que, metastasi a facie ad Pulmonum Parenchyma facta,
 „ patiens tussicula vesperi exacerbata torqueri incipit,
 „ enormem expectorat pituitæ copiam ac interdum, licet
 „ rarius, permistæ muco cernuntur cruoris sinceri striæ.
 „ Vespertino tempore tandem exasperata observatur lenif-
 „ sima lenta Febricula. Consternatus tonsor ad invol-
 „ ventia confudit, juscula Cancror. Cochlear. & multa
 „ alia hujus genii propinat inviscantia remedia, sed re-
 „ vellentem a Pulmonum organo negligit medelam, Se-
 „ taceum nempe, aut aliud quodcumque acredinem a vis-
 „ cere vitali quantocytus semovens remedium. Coronis
 „ dis loco ad Pulverem HALY contra Phthisin & anti-
 „ hecticum POTERII, ut sacram anchoram, rapi fese finit
 „ ineptus homo. Ita formosissima olim juvencula, hectica
 „ consummata, sub capillitij defluviis, diarrhoea colli-
 „ quativa & reliquis talis Febriculæ nefandis fodalibus,
 „ miro tumore leucophlegmatico & oedematoso perit de-
 „ figurata. Aperto cadavere, alter Pulmonum, spatio
 „ nequidem anni quo morbus duravit, ulcerofus, de-
 „ pascente ichore ad juglandis fere volumen consumitus,
 „ cæteroquin viscera optime constituta apparent.”

 §. I.

Remedio adeo suspecto, ut Mercurius sublimatus
 corrosivus, copioso licet frumenti spiritu vel aqua mer-
 fus

sus ac desuper Syrupis involventibus defensus sit, Præconem, Patronum Protectoremque illustrissimo L. B. VAN SWIETEN aptiorem atque accommodatiorem invenire ardua omnino res fuisset in quacunque Medicinæ æra. Titubantes reddidit cordatissimos rigidissimosque Machaones summi BOERHAAVII Discipuli haud exigui ponderis auctoritas, adoptare, imo laudare novam prolem jussit quasi comta ac fulgentissima magni Viri suada. Vide-licet ante hos viginti, & quod excurrit, annos sapiens hicce Machaon pertinacissimo ac dirissimo omnium fossilium toxico tantam dignitatem, imo præponderantem adeo præ innocentissimis heroicis antivenereis, &c. procurare scivit auctoritatem, ut Medicis Chirurgicisque in castris omnipotentius pharmacon nominare fuerit & adhuc dum sit innumeris prudentissimis viris religioni. Direxit enim, præsertim in venerea labe curanda, administrationem internam a se ipso nominati remedii Archiater, commendavit illud ut securissimum, commodissimum & emptu vilissimum. Rei novitas, Medicamentum scilicet infallibile ex nefando toxico per metaschematismum enatum, vulgaris hactenus medendi methodi pertæforum præcipue captavit animos, allexit larvatum virus omnium maxime illos ex Medicorum & manomedentium cohorte, qui, ex eo antiquiore respuerunt medelam, quod, inepte & incautissime adhibitam toties, pro inani & insecura venditarunt. Eandem famam hoc sæculo, imo indies majorem adeptus est localis Mercurii sublimati corrosivi partim sinceri, partim cicurati usus. In hujus posterioris censum præprimis sic dicta Chirurgorum Aqua phagedænica (*Aezwasser*) venit. Sed de locali usu in calce Speciminis hujus mihi erit sermo.

§. II.

Interim mirum in modum deprædicatum & obser-
vationum farragine suffultum pharmacon adeo non cir-
cumspectissima Germaniæ, Galliæ, Angliæ fidera in
fui favorem rapere valuit, quin plurimi contra internum
Hydrargyri sublimati in re medica & chirurgica usum
insurrexerint summi momenti in ambabus scientiis viri.
Jam ill. HEUCHERUS, inter Germanos, *Mithridat.* p. 25.
refractissimas sublimati doses non illico lethales quidem
esse, sed in lentum virus degenerare autumat, dicens:
“Mercurii corrosivi gr. j. in triginta partes divisum tan-
tilloque Sacchari permixtum tarde admodum enecare
ajunt, si bis, ter, seu quater in hebdomade, pro in-
tentione benefici, trigesima ejusmodi pars exhibeatur,
cum cibis vel potibus, hujusque rei usus per menes
continuetur.” Nec ill. FRID HOFFMANNUS, *Med. rat.
System. Tom. II. Cap. VI.* §. 10. de virulenta mercuria-
lium noxa, ceu gravium malorum causa, differens, ci-
cureti sublimati intus propinati facit advocationem, quando
in *Scholio* infert: “vidimus ab aqua mercurii sublimati
largiori dosi data summas diaphragmatis cum anxietate
constrictiones, inquietudinem, corporis jactationem,
delirium, convulsiones & postero die mortem, ventri-
culo in dissectione inflammatio reperto, &c.” Imo clar.
HUNDERTMARK, *L. c. p. 26.* ingenue effatur: “nescio
qui factum sit, ut summus BOERHAAVE se in illum er-
rorem abripi pateretur, ut Mercurium corrosivum,
largiori aquæ copia dilutum & Syrupo violaceo mitifi-
catum, bis, terve in die potatum, mira præstare in
morbis incurabilibus, at prudenter a prudente Medico,
liquido affirmare haud dubitaret, *Elem. Chem. Tomo II.
Operat. chem. P. III. in Fossil. Proc.* 198. p. 488. Cl.
SELLE, *Med. clin.* p. 601. non magni facere SWIETENII

remedium, ex eo colligo, quod illud apprime Mercurio suo nitroso postponat, utpote majoribus dotibus condecorato, & cicuratum absolute negligat sublimatum. Insigne Goettingenium lumen, ill. RICHTERUS, chir. Biblioth. I. Bandes I. Stück, p. 40. candidus fatetur, internam cum Hydrargyro corrosivo medelam ipsi non solum suspectam, sed & audacem videri, imo observata subministrat, quibus incassum adhibitus SWIETENII Spiritus Mercurii dulcis prudenti usu fuit expunctus, inquiens: *Einige eigene Erfahrungen zwingen uns vom Sublimate nicht die günstigste Meynung zu hegen.* Wir haben ibn, um einen Auschlag an den Füßen, der nach einem verstopten Tripper entstanden war, zu heilen, lang und in starker Dose, aber ohne den geringsten Nutzen, gegeben. Ein geringer Grad des Speichelstusses, den wir durch das versüste Quecksilber erregten, hob diese Kraukheit in kurzem völlig. Wir haben gesieben, daß während des Gebrauchs desselben eine offenbare Austrocknung des ganzen Körpers und ein hektisches Fieber entstanden ist, welches durch den Gebrauch schleimiger und befeuchtender Mittel gehoben werden mußte. Rursus I. c. IV. Band. p. 277. ait: Mir sind Fälle vorgekommen, wo ich mit dem Sublimate nicht zufrieden gewesen bin. Einmal entstand während dem Gebrauche desselben ein heftiges Blutspeyen; jedoch bis jetzt, drey Jahre nachher, habe ich nicht bemerkt, daß es üble Folgen gehabt hat. Ein ander mal entstand ein Schleichfieber mit merklicher Auszehrung des Körpers, welches durch Seltzerwasser und Milch gehoben wurde.

§. 3.

Nunc ad eminentes interno Mercurii corrosivi usui infensos Gallos. Horum tanta est cohors, ut ex ilorum coetu non nisi præcipuos excerpere fuerint coactus.

B 2

Agmen ducat *anonymus Auctor famosi opuseuli: Traité des Tumeurs & Ulceres*, cuius stringentia cum illis HEUCHERI (§. 2.) coincidunt argumenta. Hunc, omni judicii nervo, larvatum virus aggredientem hostem excipiat, venerandus, Praxi 40. annorum antivenereæ incanescens, senex, ASTRUC, qui in *Opere de Morbis venereis Tome I. Lib. II. Cap. VII.* p. 169. ingenuus infert: „Hydrargyron sublimatum, licet maxime dilutum, pessimo tamen facit nore intus propinari.” Ex innumeris pene Galliæ illustribus in re medica & chirurgica viris, qui graviter in usum Hydrargyri corrosivi internum & localem simul invecti fuere, liceat porro aliquos ex illi. PIBRACI, *Mémoire sur l'Usage du Sublimé corrosif*, quod scriptum *les Memoires de l'Academie royale de Chirurgie Tome IV.* ornat, excerpere & Auctoris itidem effata, quoad internum & localem usum, non interrupta ferie, latino enarrare sermone. In limine PIBRACUS statim ait: „Successuum & celebratissimorum Mercurii sublimati in re medica & chirurgica fama ne hilum valuit, ad determinandum me in ipsius favorem remedii, diuturna experientia edocetum, pessima interdum remedia maxime jactari & exigua arte opus esse, ad extollendum pharmacon pro ratione utilitatis, imo inde expectandi quæstus. In arenam statim escendit usus toxicæ externus. Si hic jam summae prudentiae & circumspectionis limitibus erat circumscribendus, ad evitandas pessimas, imo lethiferas, ex neglectis cautelis æruminas, quanto magis reformidandus atrocis pharmaci internus, qualibet sub specie, usus? Exempla illustrent meum assertum!”

„Vir Fungo carcinomatofo, duorum pugnorum voluminis, muscularis adhærente ad medianam posteriorem femoris plagam affectus Lutetiam Parisiorum petit. Agyrta consultus ope caustici extirpationem pollicetur. Excitat escharam instrato sincero Mercurio cor-

„rofivo & postridie æger, æterio sepultus fomino, in
„lectulo suo reperitur.

„Puellæ, decenni circiter, duo tumores cystici stea-
„tomatosi, alter in nucha, alter in occipite Spiritu Ni-
„tri, ut caustico, aperiuntur, evacuata sebacea materie,
„Hydrargyros sublimatus ad consumendam cystidem
„adspergitur. Sed eheu! quinto jam post ineptam ope-
„rationem die, sub lenormibus convulsionibus, misella
„perit.

„Occitanus circumforaneus Lutetiae Parisiorum spe-
„cificum ad debellandam pollicetur quamcumque Can-
„cri speciem. Suffragiis munitus Medicorum & Chirur-
„gorum primæ classis, suffultus summa auctoritate ci-
„vili & militari patria, verbo condecoratus encomiis
„Procerum, innumeris chartis ac schedis demandatorum,
„Carcinoma mammæ in delicatula extirpandum suscipit.
„Suspiciofa ægra æque suspiciosum Pibracum cum Agyr-
„ta ad uxorem cauponis cuiusdam æque cancrofam,
„forte sua sub Empirici manu contentam & medelæ fi-
„nem plenaria fiducia expectantem convocat. Simul
„PIBRACUS circumforanei curæ aliam adhuc mulierem
„49 annorum, exoptatissimæ constitutionis ac temperiei,
„Cancro ulceroso mammæ laborantem subjungit, antea
„per venæfectiones, laxantia antiphlogistica & balnea
„præparatam. Intrepidus Agyrta ad pulverem album
„ex Mercurio sublimato corros. conflatum confugit.
„Elapsis quatuor post levidensem aspersionem horis, mox
„dolor sit intolerabilis, Oppressiones, Nauseæ, Vomi-
„tus cruentus, Convulsiones atrocissimæ adeo ingra-
„scunt, ut miserrima postridie fuerit infecuta mors;
„dum interea uxor dicti cauponis, non meliori forte
„fruens, elapsis aliquot diebus, crudelissimis vexata
„symptomatibus, diem supremum obit.

„Corrosivus spiritu frumenti, aqua, Syrupis in-
 „volventibus, lacticiniis cicuratus Mercurius dudum,
 „ut tunicam nerveam canalis alimentarii vellicans, in-
 „flammans, imo, Cauterii instar, ad Sphacelum dirigens
 „fuit reputatum larvatum pharmacon. Sed ejus vis, massæ
 „humorum & systemati communicata nerveo, trucidans
 „non adeo erat suspecta. Non sane omnis periculi ex-
 „pers est declarandus, qui mox ex propinato pharmaco
 „in prima culina haud experitur funestas tragœdias!

„Ill. GENIN, PETIT, BOUDOU una cum PIBRACO
 „invitantur, ut consulent delicatulæ mulieri Cancro pu-
 „dendorum ex venerea labe suscepto laboranti. Suadent
 „Salivationem per frictionem. Ægram, simul cum mari-
 „to, inveniunt immorigeram. Tandem, administratis
 „balneis sufficientibus, ad mundationem ulceris per
 „Aquam phagedænicam proceditur, ex qua tertio die
 „livatio erumpit. Usus mundificantis suspenditur, ac
 „ulcus unguentis suppurantibus consuetis extergitur.
 „Ptyalismum filere faciunt purgantia & gargarismata re-
 „primendi scopo adornata. Denuo post intervallum ali-
 „quod in usum revocantur plumaceoli phagedænica aqua
 „mersi. Recrudescit salivæ effluvium. Id tentamen ali-
 „quoties succedit. Similis casus alibi PETITO occurrit,
 „ast salvatione, ex locali aquæ phagedænicæ usu mortis
 „prodromo. Idem clar. MONTEIL accidit, qui carnes fun-
 „golas luxuriantes ab extirpato testiculo carcinomatoso
 „propullulantes topico Mercurii præcipitati rubri usu
 „consumere satagit &, circumspicte licet cura usus, tan-
 „tum excitat Ptyalismum, ut coram Tribunali Chi-
 „rurgorum fuerit in item vocatus.

„Quoad internum Mercurii sublimati usum evidens
 „& ex Fastis Medicorum facile demonstratu est, quod
 „dudum ad debellandam radicaliter fuerit tentatus ve-
 „nereum Luem. Ill. MALOUINI *Chemie medic. Art. Mercure*

» *sublime corrosif*, certiores nos facit, quod in obsidione
 » Namurensi Gallorum sub Ludovico XIV. eques quidam
 » hoc larvatum toxicon inveteratissimæ Syphilidi oppo-
 » nere ansus sit. In *Procœmio III. Edit. Gall. Tracta-*
 » *tus de Morb. ven.* ill. ASTRUC, auctore obstupescente,
 » legimus, Seren. Ducem *ANTINUM* hac methodo cicura-
 » tum pharmacon multis ex sua familia, Lue venerea in-
 » fectis, absque diro symptomate levatis, imo quinque
 » radicaliter inde sanatis administrari curasse. Non ob-
 » stante hac assertione, ingenuus Nestor, de violenta
 » hujus virus actione perquam convictus, tale quid re-
 » medium in manibus Empiricorum, ut ensem in manu
 » insani, considerat. Num idem pronuntiandum judicium,
 » quando tale quid per sapientes, prudentes, attentos
 » & judicio practico incanescentes propinatur deterioris
 » notæ heroicum? Sumimus Machaon'BOERHAAVE, *Elem.*
 » *Chem. I. p. 132.* omnes has dotes a medente exigit, ac
 » simul optimam methodum Mercurium sublimatum in-
 » terne usū pandum cicurandi candidus enarrat *Proc. 194.*
 » Vestigia præceptoris premens L. B. VAN SWIETEN præ-
 » parationem, dolin, ac administrationis speciem nos
 » edocuit nefandi pharmaci. Jubet acido Salis erosum
 » Hydrargyron in parcissima dosi copiosissimo liquore
 » dissolvi, vehiculum desuper largissimum bibi & invol-
 » ventibus multis mergi. Non obstantibus hisce cautelis,
 » experientia tristis docet, mitigatum toxicon ventri-
 » culi, canalisque enterici irritabilitatem ac systema
 » nervosum mirum quantum turbare, vertigines sto-
 » machicas, nauseam, vomitionem, actualem vo-
 » mitum, cardialgiam sanguineam, atrocissima tormenta,
 » colicam sanguineam excitare, ita ut non nisi robustis-
 » simi intacti penitus relinquantur, primis illico dosi-
 » bus, summa prudentia exhibitis, tentati. Imo dantur
 » canales alimentarii adeo irritabiles, ut nulla cautela

sufficiat, ad prohibendos funestissimæ indolis effectus.
 Clar. DUPLESSIS Exercituum Regis Galliæ primarius
 Chirurgus in Nosocomiis milites summa cum circum-
 spetione hoc pharmaco utentes illico venero interemitos
 & ventriculo cauterisato enecatos dissecuit! Nec movent
 nos patronorum toxicæ objectiones : esse siquidem
 funesta hæc pericula perquam rara & farragine casuum
 felicissimorum, ubi non solum absque symptomatibus,
 sed radicali cum medela, exhibitum fuit, obliterari
 ac multis parasangis vinci. Nam quis nos certiores red-
 dit, quod, immenso mortalium numero a Gr. j. pro-
 dosi haud imperfecto, hoc virus ubique novos inven-
 turum sit Mithridates, quod porro massæ humorum,
 sive secundis viis, sese insinuans non deterrimas fune-
 stasque turbas adhuc excitare valeat, licet primæ culi-
 næ gradatim familiare redditum. Sic dictus Spiritus
 min. VAN SWIETEN enim, si efficaciter debet Sangui-
 nis corruptam corrigere debet massam, ipsi omnino
 venit demandandus. Mersus copiosissimis potulentis,
 licet demulcentibus, perditne suam indolem venefi-
 cam? Summæ cautelæ quid aliud sunt largitæ, quam
 ex subtili & maxumopere activo lentum virus? Fir-
 mo stat hæcce veritas talo! Examinemus quæso pluri-
 mos eos, qui ante hunc unum, duos, imo plures an-
 nos larvato toxicæ prudentissime usi fuere! Ill. Lovis
 præprimis, tristi experientia edocitus, complures, alias
 robustissimos, milites turpissima macie ac marasmo
 confectos vidit, quos emollientium potulentorum am-
 phoræ & prodiga manu exhibita lacticingia nequaquam
 servare potuerunt; imprimis vero talia subjecta, quæ
 organis respirationis labefactatis laborant, pessime a
 medicamine affici notavit; præterea milites Hydrargy-
 ro sublimato vexatos eandem moram in Nosodochiis
 facere, quam innocua fideliorique tentatos medela, per-
 spexit.

„spexit. Taceo, quod doloriforum symptomatum
 „venereorum, &c. disparatio momentanea, nequaquam
 „de radicali ipsum certiore reddiderit medela. Vidit
 „enim insignem, speciem radicalis curæ præ se ferentem,
 „turbam, gliscente fomite, post aliquod elapsum
 „tempus, adeo recrudescere malo affectam, ut sanio-
 „rem, securiorem, ac durabiliorum medelam adornare
 „fuerit coactus. „

JH. DUPLESSIS, itidem castra sequens prudentissimus Chirurgus, expresse ait: subalternos suos, Spiritum min. VAN SWIETEN in usum trahentes, manu mendentes fere semper frictionibus equisſe mercurialibus ad enervandum radicitus venereum malum. Quid ergo inde in favorem hujus Panaceæ pronuntiandum?

„Non in xenodochiis, sed legionibus, quas inde
 „repetunt infelici sidere palliati miseri milites, frustraneæ, infidæ, imo crudelis medelæ indagandus venit
 „terminus! Cuncti pene primarii legionum Chirurgi
 „uno ore larvatum explodant toxicon. Cutanea luis
 „symptomata, ad visum debellata, elapsis mensibus,
 „repullulant & quidem in subjectis, ne hilum de noviter suscepta labo suspectis, progerminat nova frontem, &c. deturpans scabieæ coronæ.

„Cl. RAUQUIL, eximiaæ notæ Chirurgus, Legionem famosissimam & numerosam (*Grenadiers de France*) ad canitiem sequens, forsan ex primariis ille, qui omnium maxime larvati toxicæ indolem & effectus rimatus est, candide periculosem & infidum pharmacon esse fassus mineralēm SWIETENII spiritum nunc quam interne absque frictionis mercurialis auxilio in usum vocavit. Summam attentionem meretur ab ipso notata ex usu hujus remedii peculiaris Peripneumoniae species. Difficultas respirandi pulmonum dolori impar est, pulsus omnium Peripneumoniarum mollissi-

C

„mus, cum non tam a formata inflammatione, quam
 „irritatione vasorum, oriatur subdolum malum. Ve-
 „næfsectiones alias adeo magni usus hic nullatenus ju-
 „vant. Magni facienda demulcentia, vaginæ instar, acu-
 „leos acidi salis quasi involventia tegmina, Huic ero-
 „denti acidi salis vi clar. Vir adscribit suppurationem
 „promptissimam inveteratissimorum cum duritie bubo-
 „num, solum, quod ex usu Spiritus min. VAN SWIE-
 „TEN expertus est, bonum. Cum vero hunc effectum
 „edat dirum pharmacon, jure ill. PIBRAC veretur, quin
 „exhibitum ad congestiones lymphaticas aliorum orga-
 „norum, ut Jecinoris, Pulmonum, &c. tubercula in
 „merum fundat ichorem. Coarguit id assertum Ob-
 „servatio II. in limine posita). Brevi, res difficilis
 „intellectu est, quomodo ipsi castra medica & chirur-
 „gica sequentes sagacissimi aliquando veterani discipuli
 „periculosi adeo remedii victimas fere facere possint;
 „quomodo prudentissimi alias Machaones serpens tox-
 „con adeo temere in usum trahere audeant; quomodo
 „tandem immensa medentium turba illud exoptatissimæ
 „& securissimæ anteferre queat medelæ? Sane hæc su-
 „roris species conspirationem contra genus humanum
 „mentitur! Hæc PIBRAC! „ Huic subjungo clar. FAERE
 „circa sublimati internum usum commenta, quæ in egre-
 „gio Opusculo: *Nouvelles Observations sur les Maladies*
vénériennes publici juris fecit, digna appendice majoris
 „sui *Operis de Lue venerea*. Hic, longa experientia edo-
 „ctus, publice declarat, Luem veneream cum omnibus
 „morbis, in quibus materies peccans pro fomite est, esse
 „in eo comparandam, ut crisi perfecta pro absolvenda
 „radicitus opus habeat cura; nunquam materiem morbi
 „hic penitus assimilari posse; ægrum non in vado censem-
 „endum, omnibus licet evanidis symptomatibus, nisi evi-
 „dentem fuerit expertus crisin; salivationem, uti ajunt,

per extinctionem & sublimatum Hydrargyrōn interne exhibitum, licet symptomata ad visum fugent, non nisi palliativas medelas esse; corrosivo Mercurio extortos sudores inepte inter crises locari, utpote rodentis acidius solūmmodo progenies; sublimatum ad Ptyalismum usque esse porrigendum, ut radicitus malum extirpet; salivationem ex frictionibus modestis multo securius excitari; palliativas reliquas cunctas curas non nisi subdole emungendo ægrorum marsupio inservire, &c.

S. IV.

Dum in expungendo Mercurii corrosivi interno usu versor, lubens fateor, me semper omnem attentionem cel. KEYSERI methodo largitum fuisse, qua Mercurius currens in acido resolvente vegetabilis profapiæ solutus, Acetum intelligo, loco toxicí cum acido coagulante parati, venerea labe tactis propinatur. Cum mira aviditate ill. RICHARD DE HAUTESIERK *Tractatus II. Tomum*, inter plura alia specimina, legi, cui titulus: *Recueil d'Observations de Médecine des hôpitaux militaires*, in quo Vir, maxima fruens experientia, jussu regio, defuncti KEYSERI Pastillös (*Dragées*) publici facit juris. Liceat aniplam hanc Formulam, cum tractatus non in multorum versetur manibus, hic concinno excerpere sermone. „Peculiaris machinæ ope Hydrargyros currens in vitris certa quadam aquæ quantitate repletis tamidu concutitur, donec in pulverem gryseum fatiscat. Hic in balneo Mariæ exsiccatur, ac destillationi in retorta vitrea subjicitur. Transcendentes globuli in vasis charta obturatis ad rubedinem calcinantur & globuli non mutati segregantur. Affunduntur tunc Mercurii calcini rubri lib. i. Aceti stillati Pintæ viij. quæ pulverem elapsa hora solvunt. Solutio filtrata in octo rursus dispescitur partes, quarum quælibet in peculiari servatur phiala, bene obturata.

Tunc portio talis in marmoreum vas evacuat^{ur}, ipsi
 Mannæ selectiss. lib. ij. adduntur & tritura ad bene sub-
 actæ pultis consistentiam adornatur, per cribrum mox
 transmittendæ. Puls deinceps ad evaporationem in
 patina exponitur, usque dum omnem respuat decanta-
 tionem. Exsiccatur porro ad lenem ignis gradum, ut
 pastæ tenacis induat faciem. Pasta farinæ ope in pilulas
 gr. iij. effingitur, quæ sicca debent adservari in atmo-
 sphæra. Addit ill. RICHARD hos esse famosos illos Pa-
 stillos, per quos KEYSERUS, extra omnem dubitationis
 aleam, insigniter de genere humano fuit meritus, &c.,
 Nacto, hac promulgatione arcani hactenus famigeratissimi
 parandi rationem remedii, varia circa illud sele mihi
 obtulere dubia. Primo curiosus fui, usum & dotes hu-
 jus pharmaci ex facundissimo ore ill. RICHARDI expiscari,
 sed hactenus incassum. Deinde non concipio, cur KEYSERUS
 præcise eccoproticum saponaceum, Mannam in-
 telligo, suo inter alterantia militanti & huic fini desti-
 nato nupserit remedio, quippe ex quo nullas alvum
 obstruentes vires repetitis experimentis sum expertus,
 licet Hydrargyrum Aceto foli nuptum, per se & absque
 addita Manna, aliquoties exhibere viderim. Accuratio-
 rem Panaceæ hujus KEYSERI cognitionem adepturus Pi-
 lulas absque Manna parari curavi & sequentia cum ipsis
 tentamina a me rogatus instituit Legionis primarius,
 mihi amicissimus, Chirurgus. Certam Pastillorum quan-
 titatem aqua fervente per Nychthemeron solvit & nullam
 inde, nec ego, notatu dignam expertus est, præcipitatio-
 nem. Solutio hæc, Penicillo ex crinibus parato excepta,
 prolapsu ani puelli septem annorum fuit admota, nullus
 inde dolor, ne ulla irritabilitatis commotæ sequela! Solu-
 tio similis Pilular. HOFFMANNI, quas ex Mercurio subl. ci-
 curato parari mox dicturus sum (§. 10.) prolapsu ani
 adulti militis non dolenti applicata rodentem stimulum per-

ejulatus & irritabilitatem prurientem prodidit! Solutio
 Pastillorum KEYSERI absque connubio Mannæ para-
 torum cum Oleo Tartari p. d. mixta præcipitatam de-
 jicit potissimum Hydrargyri revivificati partem & in Ter-
 ram fol. Tartari, Mercurii soluti pauxillum imprægna-
 tam, abiit! Cum, paucis fortassis excipiendis casibus,
 e. g. dispositione ad Phthisin, Hæmorrhagias, &c. ad-
 æquata ac prudens Pastillorum KEYSERI administratio ex-
 imium Lui appropriatum largiatur pharmacon, sequentia
 Corollaria ex experimentis vix enarratis in scenam produ-
 co. Si Pastilli KEYSERI prudenter administrati jam eximian-
 opem ferunt & pene in omni casu innocuam, quanto
 magis Terra foliata Tartari mercurialis erit, licet lentius
 simul, ast securius agens, cuivis bono Medico exoptatissi-
 mum ad enervandam Luem remedium? Sed arcana cre-
 pare Medicum dedecet, publici juris facere cordati ac
 ingenui est Medici! Porro Pastilli KEYSERI in canale en-
 terico per affusam utramque bilem in speciem Terræ fo-
 liatae mercurialis transmutantur, licet Pastillis tepida fo-
 lutis affusa biis taurina nullum dejiciat Hydrargyron, ut
 pote pinguedine involutum Alcali. Pastilli KEYSERI mul-
 tis parafangis vincunt ill. HOFFMANNI methodo paratas
 Pilulas. Si Pastilli KEYSERI hæmoptoicis & atonia pul-
 monum affectis noxii sunt, quanto magis HOFFMANNI
 massa pilularis imo Spiritus min. VAN SWIETEN trudica-
 bunt ægrotos? Castris in Gallicis oriunda & orta a Pa-
 stillis KEYSERI flagitia incauto usui adscribenda nullus
 dubito, testimonii primorum medentium suffultus. Spi-
 ritum miner. VAN SWIETEN propinantes multo majores
 ibidem eodem in casu edidere strages, ut certo certior
 factus sum. Adstipulor ergo, coronidis loco ut dicam,
 eximio RICHARDO, quo adnuente palmam præripit Key-
 seriana Swietenianæ Mercurii præparationi! Cæteroquin
 BRASSAVOLA, de Morbo Gallico, p. 16. ut & LUISINUS,

Aphrodis. p. 695. jam mentionem fecere, Mercurium vivum, juxta GEBERUM Arabem Aceto solutum, ante ipsorum æram, in Lue venerea insignem tulisse opem. Ejusdem farinæ esse Pastillos KEYSERI dudum ex cl. PIAT, CADET & SPIELMANNI Analysisbus, *Tractatui de Tumoribus & Ulceribus*, Par. 1759. edito insertis palam est. Flagitia a Pastillorum KEYSERI incauta administratione a cel. EHRENNANN, *Dissert. de Hydrargyri preparatorum internorum in sanguinem effectibus*, sub Præsidio immortalis SPIELMANNI, Arg. 1761. merito acerbiter reprobata nil demunt famæ optimi remedii, quod legitime adhibitum a cel. VANDERMONDE, *Journal de Médecine*, Tome X. p. 499. *Mercure de France*, 1761. p. 169. & innumeris aliis ad sidera tollitur scriptis.

§. V.

Sensim sensimque in recensione neotericoru[m] sublimati corrofivi internum usum pro infido, periculosoque venditantium ill. Gallorum, ad clar. PRESSAVIN, *Traité des Maladies vénériennes*, dans lequel on indique un nouveau Remede, dont l'efficacité est constatée par des Expériences depuis dix Années, devolvor, in quo Scripto Medicamentum mercuriale 1773. publici juris facit, cuius jam 1763. ast ut arcani, in peculiari Opusculo mentionem fecit. Consilii revelatum arcanum in Hydrargyro purissimo adeo radicitus Cremore Tartari subacto, ut massæ humorum communicari, capillaria vascula permeare, ibique virus, largiori etiam dosi exhibitum, absque ulla vi septica enecare queat venereum Ingenuus fatetur clar. vir, Hydrargyron sublimatum suo remedio solubiliorem omnino, alt, ob vim septicam, ipsi semper esse suspectum; leniores vicissim & præprimis suspensivas Mercurii solutiones, ut PLENCKII foetus, omni jure & dote suo invento esse postponendas, utpote non in

primis viis solubiles, ergo ad secundas minus nreabiles. Præparationem sequenti methodo adornari jubet. „Mercurii currentis depuratissimi Libr. I. adjuvante leni igne primo in debilis Spiritus Nitri Libr. I. Unc. IV. solvitur. Hæc solutio Lixivio ex Salis tartari Libr. I. & aquæ font. Libr. sem. affunditur, ex qua miscela ad fundum ruit, sub forma pulveris rubelli, Hydrargyron. Hoc præcipitatum ter aqua pluvia edulcoratum, rursusque exsiccatum cum Aceti fortis Mens. ij $\frac{1}{2}$, per duas horas in vase clauso coquitur & ipsi tandem mox dictum Lixivium superfunditur. Ad fundum præcipitatur pulvis candidissimus. Hic denuo aliquoties aqua pluvia edulcoratus, rursusque exsiccatus cum Cremoris Tartari Unc. IV. in aquæ font. Libr. iij. solutis coctioni duarum horarum submittitur, dein frigori exponitur. En liquorem aquæ fontanæ instar limpidum, in quo purissimus Mercurius parcissimo Nitri Spiritu, majori crystallorum Tartari & maxima aceti ratione, per Sal tartari pene enervatis, solutus aquæ connubium fert, qui quoque Auctoris titulum: *Aqua vegeto-mercurialis* haud inepte meretur! „Cum auctor suam prolem ne ullum incommodum fuscitare & sensillissimum omnium stomachum ne quidem commovere rigide declarat; cum omnes se- & excretiones leniter promovere moneat; cum ne unquam spe sua se excidisse asseveret, rei dignitas Legionis hic versantis Chirurgum primarium commovit, ut sequentia cum ipso instituerit pericula. I. Militem tenellum, secundo Luis gradu vexatum a scabie horrenda elapsis sex hebdomadi bus radicitus curavit. Incolumis elapsis duobus annis coram nobis versatur homo. II. Atoniam primæ culinæ ex suppressa infelici sidere Gonorrhœa, frequentius, quam autmant plures, malum, in alio milite funditus delevit. III. Prolapsui ani pueri Ascaridibus vexati absque commotione sensilis & irritabilis facultatum liquorem ap-

plicuit. Inde colligo, hocce remedium, haud multo acrisus KEYSERI Pastillis (§. 4.) recensitis, dum, instar illorum, magnam Mercurii quantitatem absque symptomatibus massæ humorum tradat, Hydragyro corrosivo æque multis parasangis esse anteponendum, larga manu licet involventibus domito. Recentia Luis symptomata, cum auctore, spatio viginti ad triginta dierum Hydragyro tali fugari certo novi. Cancros, ulcera, verrucas, bubes, scirrhos venereæ prosapiæ absque topico feliciter curat remedio, Refractiorum malorum exterminatio Balnea requirit conjuncta, præsertim si dolores nocturni osteocopi ingravescunt. Dosis mane & vesperi ad Unc. VI. ascendit. Pro vehiculo, complicata scorbutica labe, Rad. Sarsap. pro eodem, scrophalosa conjuncta degeneratione, Lignum Guajacum in Decocto sunt feli-genda.

Cæterum Hydragyron acidi vegetabilis essentialis vini ope dissolvi posse PENOTUS jam monuit, *Theatr. chem. Vol. I. p. 654* &, inter recentiores, clar. UNZER, *Anat. spagyr. Mercurii Lib. II. p. 229.* LEMERY, *Histoire de l'Acad. des Sciences 1706. p. 283.* HENCKEL, *de Appropriatione pag. 32.* MARGGRAF, *Memoires de l'Academie de Berlin, 1739. p. 68.* & plures alii.

§. VI.

Nunc, inter contemtores interni Mercurii sublimati clar. PEYRILHE sequitur, qui in Opere, cui titulus: *Remede nouveau contre les Maladies venerieunes tiré du Regne animal; ou Essay sur la vertu antivenerienne des Alcalis volatils*, non solum Mercurium sublimatum nauci facit, sed & novum ipsi substituit remedium internum, simul scholis Medicorum novas suas circa naturam & effectus Luis venereæ intrudens ideas. Hoc medicamentum est Alkali volatile, quod auctor ut plurimum sequenti præscribit

scribit modo: Hb. Melissæ citr. Unc. IV. Follic. Sennæ
 Unc. semis Inf. Aq. fons. Libr. I. stent in vase clauso loco
 calido per horam. colat. adde Sacch. albi Unc. IV. Salis
 volat. Cornu Cervi rectificatissimi Drachm. I - I $\frac{1}{2}$. Hujus
 miscelæ æger Unc. III - IV. quolibet matutino & vesper-
 tino capiat tempore, subjuncto copioso Melissæ infuso
 theiformi ut vehiculo. Lue infectus, antequam inchoet
 medelam, ut ad Salivationem destinatus, purgantibus &
 balneis est præparandus. Dosis Salis vol. C. C. pro re na-
 ta augeri vel diminui debet. Irritabilibus ac sensilibus non
 nisi gr. XVIII ast stupore Systematis nervæ, vel irritabili-
 tate fibrarum muscularium laborantibus gr. XX - XXX.
 indies propinrantur. Quando æger per septimanam re-
 medio usus est, per totam hebdomadem iterum ab ipso
 desistere tenetur. Sic vice versa ad sextæ progredien-
 dum septimanæ terminum, quo tempore refractissima
 ut plurimum debellata est Lues. Remedium, ex quo
 fuit assaltum, in Stomacho sensum grati, feso
 super totum corpus diffundentis & sudorem lenem cien-
 tis, caloris excitat. Sudori, utpote nocituro, non in-
 dulgeat æger. Nunquam non lenis oritur, haud ingra-
 tus, orgasmus, quem, nisi excedit, acidulis temperare
 haud nefas est. Abhinc quinque annis auctor hac medendi-
 ratione Gonorrhœas, Leucorrhœas malignas, venereo stu-
 more atque bubones, serpigines, imo exostoses hujus
 genii felicissime expugnavit. Nec octavo, imo nono
 graviditatis mense dubitavit unquam illam adhibere me-
 dicaminis speciem. Scrophulosum cum venereo com-
 plicatum præprimis exoptatissime enervat malum, Ex-
 ulet Pharmacon, quando Luis varios gradus inflammato-
 ria comitantur symptomata. Haec tenus experientia; nunc
 ad ratiocinium! Effectus Luis Venereæ in massam humo-
 rum est inspissatio Lymphæ. Omne, quod sufficienti-
 vi pollet, coactam Lympham debite resolvendi, morbis

D

venereis radicitus curandis par est. Hydrargyron non instar specifici, sed ut merum resolvens remedium, in lue agit, &c.

S. VII.

Ad Britannos internum Hydrargyri corrosivi usum reformidantes, licet involventibus cicuratum sit toxicon, pertinet cel. CLARE in tractatu: *a new method of introducing Mercury into the circulation, for the Cure of the lues ven. &c.* qui, longa experientia edoctus, asseverat, omnem luis venereæ curationem mancam esse, quæ non ad salivationem usque ascendit: hinc mercurium sublimatum, ut nimis efficaci dosi exhibendum, expungit &, loco illius, Merc. dulc. frictiones in regione buccarum adornandas proponit. Quotidie gr. IV. propria ægri saliva macerata digito indice toti internæ genarum superficie affricantur per tantum temporis spatium, quoad lenis propullulet ptyalismus. Hacce methodo manca mercurii currentis vis non solum efficaciori Pharmaco compensatur, sed & incommodis primæ culinæ ab interno aquilæ albæ &, adhuc magis corrosivi Hydrargyri usu, reformidandis exoptatissime obviam itur. Frictiones tales summa cum circumspectione debent adornari, cum ex gr. iij. sæpe tanta jam promanet salivæ copia, ut non nisi una de hebdomade, possit tentari frictio & auctor ægrum radicitus per plures annos curatum fuerit expertus, qui de mense non nisi granis XII. fuit tentatus. Rei novitas me allicuit, ut singulare hoc experimentum in ægro tentandum curaverim quadrato milite, & lætus præter spem, exoptatissimum inde expertus sum effectum.

Alius clar. Anglus, CLARKE, *Observations on the diseases in long Voyages to hot countries and particularly on those which prevail in the East - Indies*, sublimatum diluentibus ac omni demulcentium farragini mersum in-

terne exhibitum calidis climatibus & zonæ torridæ quam
maxime exitiosum declarat.

Inter ill. Batavos, JOH. DE GORTER, *Compend. Med. P. II. Tr. 88. §. 14. p. 143.* de sublimato intus exhibito Hydrargo candidus effatur: humoribus corporis humani, imo cujuscunque animalis, quoconque modo inventum idem acrinonia sua vehementissime lœdere.

§. VIII.

Inter Italos summa experientia & pondere dotatos
liceat nunc illustrem DE BRAMBILLA in scenam producere, qui sublimato interne adhibendo non levidenses affricat maculas, dum in Tractatu: *de Phlegmone & ejus vario exitu P. II.* infert: "Inter omnia præparata mercurialis sublimatum bhinc aliquot annis reliquis anteponitur Hydrargyron. L. B. VAN SWIETEN primus est, qui in Austria hujus medelæ, aliunde receptæ, indolem fuit rimatus. Nimis occupatus Theresiæ Archiater Medicis variorum xenodochiorum scrutandum hocce remedium committit, Medicis, qui avida mente ipsius benevolentiam, hac data occasione, captandi omnem intendunt operam; Medicis, qui falsas ipsi ideo denuntiant hoc pharmaco præstitas medelas; Medicis denique, qui, toxicò trucidatos tacentes innumeros, nihilosecius de illo sanatis sese jactitant pluribus. Spe fretus Machaon, sibi rem cum sinceris gñarisve viris esse, larvatum virus, sibi propria commandat suada, cl. LOCHERUM hac methodo paucos fassae, perplures ad Amaurosin & Cophosin perduxisse, in plurimis Hæmoptoës & Phthises excitasse, ac multis gravidis abortum sex mensium movisse, non eductus. Mala ex sublimato oriunda Chirurgos exercitus Imperialis, ad tentandum hoc toxicon jussu adstrictos, adeo movent, ut clandestino consilio ipsi aquilam albam ac un-

„guentum Neapolitanum, substituant, in sumptibus nibi-
 „lominis sublimatum allegantes Hydrargyron. Rite pen-
 „sitatis cunctis, sincero ex pectore sequens circa Mer-
 „curium sublimatum juxta L. B. VAN SWIETEN usurpatum
 „deromo judicium Hydrargyron corrosivum, licet
 „larvatum, est nocentissimum omnium, ac simul viribus
 „maxime mancum, ad debellandum radicitus venereuni
 „malum, pharmacon! Quatuor milites robusti exost-
 „sisbus, spina ventosa, doloribusque nocturnis vexati
 „venereis, ultra menses ipso largiter usi, ne hilum fuere
 „mutati, cum frictiones postea adornatae brevi rem ab-
 „solverint. Vicissim varii copiarum Imperialium Præ-
 „feci ex usu larvati toxicci, specie apoplexiæ correpti,
 „in Paraplegias, Hemiplegiasque inciderunt. Alii visu
 „hebeti laborare cooperunt. Rufus alii surdastri, imo
 „surdii sunt redditii. Nonnulli atrophia vel hæmoptœ-
 „fuere correpti. Aliqui ex his per balnea emollientia &
 „lacticinia sanati, cæteri spe recuperandæ sanitatis fru-
 „strati. Strenuus Centurio quarto die jam vehementi ad-
 „eo febre, cephalæa & siti intolerabili stipata, fuit cor-
 „reptus, ut repetitæ venæsectiones, repudiato toxicō,
 „fuerint in usum vocandæ, &c.” Hæc JOSEPHI II. Im-
 peratoris Chirurgus nunc primarius!

Ergo mira ad nos delata hujus Viennensis medica-
 menti fama fuit subreptitia! Utinam circa cuncta in illu-
 stri hac schola promulgata recens pharmaca adeo exa-
 ctam & securam haberemus cognitionem! Uti in JOS-
 PHI, ita in Regis nostri exercitibus quoque larvatum to-
 xicon, testibus cunctis Acad. reg. Chirurgorum Sodali-
 bus, nefandas edidit strages. Non quidem hic auctori-
 tate fruor, decidendi, num hæ, aut aliæ circa virulen-
 tiam cicurati Mercurii corrosivi editæ innumeræ obser-
 vationes firmo semper nitantur talo, id tamen ingenuus
 fateri possum, tales relationes quemlibet conscientia do-

tatum medentem cautum atque attentum reddere debere. Circa securitatem hujus pharmaci saltem adhucdum sub judice lis est, licet prodiga sat & audaci indies magis exhibeat manu! Procul dubio ingens magnorum viorum caterva in memet insurrectura est tironem, quæ, Mercurio corrosivo cicurato absque sinistro eventu pluries usa, meam timiditatem reprobabit mihi, qui aliquoties cum fructu exhibitum vidi nefandum virus. Sed, teste experientia, diræ sequelæ, quasi sub cineribus gliscens flamma, quandoque nimis tarde erumpunt. Quot, bone Deus! existunt adeo solertes Medici & Chirurgi de diris, elapsis aliquot mensibus, imo annis, medicamenti propinati effectibus solliciti? Lubens largior, haemoptoës, abortus, nec non partus præcoces inde sæpiissime observatos inique nonnunquam toxico soli fuisse imputatos. Gravidis & labie pulmonum vexatis Mercurius currens jam eminens pronuntiadum est heroicum, quanto magis Salis acri acido nuptus & non nisi larvatus Hydrargyros? Interim, quamdiu non confecta circa mendæ innocuitatem res est, satius ab ipsa abstinemus, aut ægrum, si tentare volupe est, vix soli illi relinquimus, præsertim cum securiora multo, ac simul æque efficacia possideamus remedia. Nunquam, ut publice fassus est ill. Lovis, Atrophiæ & Phthises ulcerofæ adeo vulgares factæ, quam ex quo L. B. VAN SWIETEN remedium tanquam Medicorum sacra anchora est adoptatum!

§. IX.

Postulat nunc æquitas, ut, recensita medentium cohorte, quæ sublimati interni Hydrargyri usum respuit, vel saltem tanquam periculis involutum pronunciat, turmam quoque illorum recensem, quitoxici larvati favent interno usui, & ut illos enarrem, qui merum atque fincerum extus adhibere sublimatum sibi non ducunt reli-

D 3

gioni. Deductis ex hac comparatione utriusque objecti corollariis, liceat coronidis loco illa suggerere remedia, quæ fortassis securius utrumque absolvunt pensum.

Jam **BASILIUM VALENTINUM**, ferreo Medicinæ Sæculo, Mercurium sublimatum intus exhibuisse in ejus *Triumpbo*, &c. p. 1077. lego. Laudat nefandum hoc toxicum ad gr. iij. — iv. Theriacæ nuptum, ad luem venereum, Carcinomata, Ulcera cacoëthea, &c. **ZWOELF-FERI** quoque æra extitisse, qui sublimatum aqua solutum intus adhibuerint, in ejus *Mantissa spagirica* p. 352. invenio. Mercurium corrosivum circa annum 1676. jam in Britannia intus exhibitum fuisse ex **WISEMANN**, *Several chirurgical Treatises* colligo. Clar. **TURNER** tamen primus est, qui, quantum faltem ego compertum habeo, Mercurii sublimati in Spiritu Vini soluti & ad curandum morbum Venereum adhibiti mentionem facit. Narrat enim *Syphilis a practical Dissertation on the venereal disease* p. 99. ab agyrta quodam Londinum pervagante ad gonorrhœæ curationem diebus singulis in decocto avenaceo exhibitas fuisse guttas decem ad quindecim solutionis drachmæ unius sublimati corrosivi in Spiritus Vini uncia una. **MONDSCHEIN** An 1708 virus hoc contra asthma pituitosum chronicum adhibuit &, cum ipsi inde lis mota fuerit, illustres Facultates Lipsiensis ac Vitebergensis Decretis deciderunt: "Usum internum sublimati, ad summum ad » gr. ij. pro dosi dati, ad incidentes humores viscidos & » pituitosos, resolvendumque lymphæ coagulum & ex- » citandam salivationem in robustis non esse culpandum." Vide *Acta Berolin. Tom. I. Vol. X. FRID. HOFFMAN-nus Med. rat. syst. Tom. III. Sect. II. Cap. V. §. 12.* ait: "sublimati hydrargyri unicum tantum granum vel » duas aquæ uncias conficuo non tantum metallico irri- » tante sapore posse inficere, sed etiam tam efficaci vir- » tute imbuere, ut mercurialis hæc aqua, interne & ex-

„terne adhibita, excretiones per salivam, sudorem,
 „alvum, ino vomitum, pro dispositione subjectorum &
 „humorum, potenter moveat. Clar. KRAMERUS, Com-
 „merc. litt. Noric. 1734. p. 224. refert: multos Chirur-
 „gos adhibere Mercurium sublim. interne ad salivatio-
 „nem. Ill. ASTRUC narrat in ultimæ editionis operis sui
 „de Lue venerea Proemio, quod jam a longo tempore
 „Parisiis medentes in usum advocaverint remedium ex
 „sublimati Unc. I. aquæ font. Libr. XXXII. quod hoc
 „ipsum primis diebus ad gutt. I. & sic sensim ascenden-
 „do ad plures guttas dederint ad nauseam usque, &
 „quod vehiculi loco infuso fol. Sennæ fuerint usi. Hac
 æra, dum hæc scribebat clar. Nestor, cel. PETIT, cohortis
 prætoriæ Gall. primarius Chirurgus, Mass. pilul. ex micæ
 panis part. XXIV. Mercurii dulc. Antim. diaph. Antihect.
 Poterii ana M. part. II. ac nerc. subl. corrof. part. I. effi-
 xit &, successive ascendendo, decem, duodecim, imo
 quindecim grana per triginta dies exhibuit. Porro 1759.
 prodiit Parisiis tractatus: *Essay sur les Maladies venerien-
 nes, ou l'on expose la Méthode de feu Monsieur PETIT,
 Chirurgien, par le Sieur FABRE.* Describuntur in hocce
 tentamine pilulæ antivenereæ, quæ parantur ex Merc.
 subl. part. I. Merc. dulc. part. III. Gunni ammon. Guaj-
 jaci ana part. II. Fol. Sennæ Rad. Pyrethri ana part. IV.
 Harum Pilular. gr. XXIV. mane & vesperi exhibere ju-
 bentur Chirurgi, conf. *Traité des tumeurs & ulcères, Tome
 II. p. 407.* Nunc ad præcipuum & illustrissimum omni-
 um medicamenti, quod adhibere nobis religioni ducimus,
 Fautorem atque Præconem, L. B. VAN SWIETEN intelligo,
 devolvor. In *Commentariis in BOERHAAVE, Aph. de cogn.
 & cur. Morbis, Tom. V. p. 546.* recenset hic magnus vir,
 qua ratione successive ad curam luis, absque Ptyalismo,
 per solutionem sublimati fuerit perductus. Vedit pluries
 exoptatissimam emendationem ulcerum ante salivationem

ex adhibito soluto Corrosivo Hydrargyro ortam. Idcirco ægrum diu in hoc reliquit statu. Ab initio solutionem non nisi ulceribus cacoëtheis opposuit absque habita ad luem ratione. Deinceps veram sublimati ad menstruum proportionem ab ill. SANCHEZ, contra luem veneream edoctus, hoc remedium & diro huic opposuit malo. Labe pulmonum affecti, tussiculosi, systemate nervorum irritabili utentes, ad Hæmorrhagias proclives non nisi ægre ferunt notam Spiritus mineralis SWIETENII solutionis, emollientibus decoctis licet inundatae, dosin. Quam exacta diæta & motus corporis ratio durante hac medela opus sit, ex eo haurimus, quod non nisi ad remos damnata ita radicitus curari perhibentur. Primum L. B. usus interni Mercurii sublimati corrosivi, quem fecit, in ambabus epistolis meminit, quas JOSEPHO BENVENUTO Lucensi Medico scripsit, hici suæ *Dissertationi historico-epistoliari* ad BECCARIUM, Luccæ 1754 inferuit, quæ denuo in *Comment. de rebus in Scientia naturali & Medicina gestis, Vol. V. P. IV.* p. 717. in ampliorem prodierunt scenam. Praeter hasce divulgantes ad Italum missas schedas magnus vir, novi remedii amantissimus, sobolem quasi suam & Germanis & Gallis cognitiorem fieri cupidus, peculiares idcirco litteras ad cl. HUNDERTMARCK & exinium MORANDUM misit. Conf. HUNDERTMARCK, *Programma de Ozana venerea, Lips. 1758.* & *Traité des Tumeurs & Ulceres, Tome II.* p. 406. Nec ill. PRINGLE reticuit exceptatissimos sui sublimati effectus & in *Medical Observations and Inquiries by a Society in London, Vol. I. Art. 28.* copiosæ & amplæ relationes leguntur, ex quibus palam fit, in plurimis exercitus Anglici ægrotis, in quibus remedium tentatum fuit, illud expectatam operam præstisse. In eo tamen methodus ill. SANCHEZ, Archiatri Russi, a quo L. B. VAN SWIETEN primam sui remedii ideam nactus est, ab illa SWIETENII differt, quod
juxta

Juxta GMELIN, *Dissert. circa specificam methodum recentiorem cancrum sanandi*, Tübinger 1757. in illa medicamento superbibere jubeatur decoctum ingredientia sudorifera vehens & ægrotus quolibet mane post haustum Hydrargyron corrosivum dilutum in lectulo suo ad sudorem sese componere teneatur; in Swieteniana vero omnis medicatio soli relinquatur larvato virus. Hæc succinctissima ante æram & durante epocha L. B. VAN SWIETEN famosissimi adeo remedii historia!

§. X.

Fama L. B. VAN SWIETEN, insignis numerus ipso dignorum discipulorum, commendatio medicamenti versus omnes fere mundi plagas ex ore tanti BOERHAAVIANI discipuli emanans, laudes medelæ apud omnes fere eruditas gentes propullulare fecerunt. Sic medicamenti Swieteniani exinium in lue venerea usum canit clar. STOCKHAUSFN, *Diff. de Mercurii subl. corrosivi usu medico interno*, sub Præsidio ill. BUCHNERI defensa, Lipsiae 1758. cui autem placuit, instar ill. SANCHEZ, alia quoque medicamenta, ad necandum venenum impurum accomodata, sublimato, ut basi, jungere. Non possum non hic fervorem Exc. EHRMANN magni facere, qui in Diff. citata L. B. VAN SWIETEN remedium pro aris & focis defendit. Quanto magis excusandi summi viri in officio successores & alii immediati discipuli remedium ad sidera tollentes? Ill. DE HAEN sane inter hos reliquis palmam præripuit, ac itidem, ut dignissimus præceptor, a substitutis ipsi male instrui sive sive fuit, Præceptoris momento obcoecatus. Absit a me, ut fidei Observationum ill. Archiatri DE HAEN, *Rat. med. P. II. p. 209. P. III. p. 317. P. IV. p. 239. &c.* aliquid detrahām, id solum noto, quod noster ill. SWIETENII discipulus omni quarto die sublimato catarthicum interpolare jussérerit, quod præ-

E

ceptoris remedium subalternis in xenodochiis tentandum
 maxime reliquerit, de radicalis curæ perseverantia elapsis
 aliquot mensibus, immo annis æque minus curiosus.
 Non video, hodiernum JOSEPHI II. Archiatrum ill. DE
 STOERCK adeo sedulo, ut antecessor, corrosivum interne
 commendare, forsan de ejus virulentia indies magis edo-
 catus. Interim *Ann. med. I.* p. 95. Scabiem crustosam Ve-
 nereum, quam purgantibus & antiscorbuticis tollere ne-
 quivit, medela præceptoris ab ipso integre sanatam lego.
 Addit vero se observasse, quod usus hujus medicamenti
 ægros valido pectore instructos requirat, quia alias spiritus
 frumenti febrim incendit & ægros in magnum pericu-
 lum rapere valet. Eo servidiorem L. B. asseclam in clar.
 PLENCK, itidem ill. SWIETENII discipulo, contemplor,
 quippe qui adeo cœco impetu, in multifariis scriptis
 suis, sicuratum Mercurium defendit, ut, dignitatis suæ
 quandoque penitus oblivious, in arenam cum quolibet
 adversario alacris descendat, acriter in contrariæ defenso-
 res sententiæ inventus. Ita *Sammlungen von Beobachtungen*
über einige Gegenstände der Wundarzneikunst, II. Theil,
 ex tripode ait: "omnes illos, qui sinistros ex usu Spir.
 " min. VAN SWIETEN experti fuere effectus, coecutiisse;
 " ipsum, acutiori visus acie præditum, non nisi prospera
 " faustaque ex adhibitione fuisse contemplatum; ill. PI-
 " BRAC, *Mém. de l'Acad. de Chir. Tome IV.* infelices ex
 " hoc pharmaco sequelas enarrantem, impudentem esse
 " nebulonem; methodum luem, ope sublimati lopiti,
 " extirpandi cunctis reliquis prævalere, dum L. B. ipsius
 " sit Protector, Fautor, Præceptor, imo Amicus, &c.
 cum tamen non nisi duabus observationibus suum sufful-
 ciat ædificium, queis ostendit, incassum tentatis cunctis
 Syphilidi contrariis remediis, hoc unicum reliquis pal-
 mam præripuisse. Sed quis, bone Deus! in re adeo feria,
 viro, alias solertissimo & summis encomiis digno, facile

obtemperabit, qui perpendat, ipsum apud robustissimam Hungarorum gentem, Tart. emet. ad scrupulum semis, imo debilem Nitri Spiritum absque noxa devorandam medicinam facere; quis ejus placita promiscue adoptabit, qui paulo ante l. c. legerit: "Methodum, Hydrargyron intus propinandi locali ejus usui, id est frictioni mercuriali, ex eo esse præferendam, quod illinitus Mercurius immediate & crudus vasis intrudatur, massam humorum in putridum tabum fundat & ad canalem derivet alimentarium, (quasi ideal non violentiori impe tu ex intus propinato accideret diluto corrosivo Hydrargyro), "quod denique per inunctionem Ung. Neapol. ne unquam præstitam viderit radicalem luis venereæ medelam. " (Fortassis ex proprio errore, quoniam praxi minus indulgere coactus, publicus Univ. Budensis Orator, relata modo refert.) Cautius cum Hydrargyro corrosivo mercatur clar. JACOBI, in *Descriptione Methodi Mercurium sublimatum tutius copiosiusque exhibendi*, omnia incommoda atque pericula exinde observata non tam pharmaco, quam rationi illud propinandi adscribenda esse ratius. Vulgo SWIETENII ad ductum, inquit doctiss. vir, interne propinatur sublimatum. Ast hæc solutio in vini spiritu nauseoso adeo sapore pollet, ut fere semper intolerabiles, imo refractarios moveat vomendi conatus. Eger itaque vel medicamen detrectat, vel invitus id ipsum assumit. Ultimo in casu varia extorquentur dira symptomata, quæ fastidio, nisi me omnia fallunt, fere cuncta debentur. Nec tetur sat superque vini spiritu fractum viribus infidiosus videtur virus. Tota dosis illico in stomachum & canalem agit entericum, vomitus, colicas, aliaque dira ciet phenomena. His medens ut obviam eat, coactum fese videt, medicamen adeo parvulis dosibus exhibere, ut non semper exoptatus exinde sequatur effectus. Hinc est, cur ill.

„ Monasteriensium archiater HOFFMANNUS, magni BOER-
 „ HAAVII olim discipulus, Hydrargyron sublim. in forma
 „ pilulari proponat, a BOERHAAVIO usum corrosivialium
 „ de eductus Mercurii. Cum hæc Catapotia non nisi pau-
 „ latini in prima solvantur culina, non illico tota corro-
 „ sivi stomacho canalique enterico impingitur vis. Tale
 „ ergo remedium in largiori dosi, sine quod sinistri quid
 „ inde timeamus, offerri potest. Nec palato displicant
 „ tales pilulæ. Methodus eas parandi sit sequens: Mér-
 „ curii corr. Dr. I. in f. q. aq. font. solvitur. Cum hac
 „ solutione subiguntur micæ panis albi Dr. X. Ex hacce
 „ pasta effinguntur tot pilulæ, ut decem solum catapo-
 „ tia grantum I. toxicæ contineant. Pilulæ, in temperata
 „ siccitatæ atmosphæra, per annos adservari queunt. Pa-
 „ sta quoque, si æger pilulas aversatur, sacchari ope in
 „ alcohol redigi potest. Ill. auctor interdum ultra gr.
 „ XL. harum pilularum de die ascendit & absque noxa
 „ sublimatum gr. IV. indies propinavit. Remedium eo ci-
 „ tius exoptatum edit effectum, quo minus interpolatis
 „ turbatur laxantibus, quæ in eo solum casu passim sunt
 „ interspergenda, quando æger, ob refractarias alvi ob-
 „ strunctiones, Pyalismum minatur. Mirum, clar. GARD-
 „ DINER, *Essays and observations physical and Literary Vol.*
 „ III. p. 380. easdem ac HOFFMANNUS, SWITENIANÆ
 „ solutioni facere objectiones: saporem nimirum sum-
 „ me nauseofum & nimis promtam in canalem alimen-
 „ tarium actionem, &c. unde quoque Mercurium
 „ sublimatum aqua dilutum cum mica in pilulas effin-
 „ git. „ Fateor ingenuus, commotum me dignitate
 „ proponentis atque propositi simul, prudentissimis com-
 „ municasse hoc medentibus. Inter plures, Legionis hic
 „ versantis Chirurgus primarius, mihi amicissimus, robu-
 „ stissimos duos milites Luis secundo gradu jam vexatos
 „ selegit, ut GARDINERI in ipsis exploraret medelam. Per

tres menses unum, per plures adhuc alterum gradatim
 torsit his catapotiis, infuso seminis Lini, ut vehiculo,
 subuncto. Ait perpetua nausea, conatus vomendi, tan-
 dem actuales vomitus, dyspepsia, apepsia, tormina &
 vertigines stomachicæ aliaque diræ symptomata, ad spe-
 ciem licet curatos a diuturniori usi abstinere jusserunt.
 Quid quod alter militum scabie frontis levidensi adhuc
 in fine curæ fuerit defiguratus, cum jam ultra Drach-
 man I. toxicæ paulatim incassum devorasset. Mitigata
 itaque, infelici sidere, pronuntio hanc SWIETENII me-
 delam, imo minus adhuc omni periculo orbam. Pi-
 lulae enim saliva sana maceratae, ut certo vidi, ante
 quadrantem horæ jam ad fundum deponunt toxicon! Et
 quis bonus haud videt, GARDINERI methodo sublimati
 actioni in massam humorum & systema nervosum non
 sic obicem ponit? Eam ergo Brittannis & Westphalis
 jure relinquò & Pastillis Keyseri, imo Merc. dulci merito
 postpono. Singularem interim, circa domatum Hydrar-
 gyron corrosivum, meretur attentionem casus, quem clar.
 FIELTZ, Luccoviensis Lusatus Chirurgus in *observationibus*
suis chir. p. 7. recenset. „Robustus miles, propter varia
 „Luis indicia, frictionibus utitur mercurialibus ast saliva-
 „tione in exortam ex officio suppressimere tenetur. Suppref-
 „sam excipiunt dolores arthritici vagi & hos demum
 „localis coxæ & genu, cum tufsi & pectoris oppressione
 „alternans, dolor. Ante quatuor annos tumor enormis
 „genu, pro fungo articulari habitus, evadit & ad arti-
 „culum Acetabuli usque fese extendit. Apparent icho-
 „ris congestiones, quæ crepantes magnam sanie fun-
 „duunt copiam. Æger per duos annos localibus vexatus
 „remediis, accedente marasmo & anchyloſi genu tan-
 „dem ad omnia munia redditur impotens, dum cruris
 „genitique sinus interea stupendam ichoris plorant co-
 „piam. Accersitus auctor internam remedii L. BOVAN

„SWIETEN administrat medelam. Usum pharmaci, licet
 „refractissimum, quinto jam die adeo larga excipit sali-
 „vatio, ut omni data opera per duas hebdomades co-
 „hiberi nequiverit, tandem vero sponte cessarit. Du-
 „rante ptyalismo tumor genu, una cum sinibus totius
 „cruris, evanescit. Refectus a sputatione æger denuo
 „sublimatum per septimanas capit & ita incolunis ex tan-
 „ta malorum caterva, muniis suis, sanissimi instar, rur-
 „sus vacat, &c. „ En novum argumentum evincens,
 sublimati levidensem dosin excitando vix compescendo
 parem esse ptyalismo, ac miras ærumnas in corpore mer-
 curio vivo ex prægrellis frictionibus jam farto excitare va-
 lere! Num recrudescens, olim suppressus, ex frictionibus
 unguento Neapolitano ptyalismus, num incaute additus
 sublimatus Hydrargyros tantu hic edidit effectum? Num
 pastilli KEYSERI vel PRESSAVINI mercurius acido tartari
 solutus non æque feliciter, imo multo securius, absolv-
 issent medelam?

§. XI.

Inter recentiores Mercurii corrosivi interno usui faventes
 Gallos, agmen ducat eminentissimus omnium GARDANE,
 vir circa medelam suis Venerea maxime meritus & versa-
 tus, eximius larvati toxicí laudator atque Patronus. Hic
 in libro judicioso cuius titulus: *Recherches pratiques sur les
 différentes manières de traiter les maladies vénériennes*, fere
 omnes rimatus suis medendi methodos, Chap. VIII.
 de sublimato agens, sequentem circa illud fert senten-
 tiā. „Si Hydrargyros fluido aliquo solutus est, effica-
 „cior semper a me deprehenditur, quam nullo menstruo
 „solutus. Ergo Mercurium in forma fluida semper illi in
 „forma solida exhibito præfero. Quo majori acore præ-
 „paratum mercuriale saturatum est, quo levius, volatilius
 „hoc acidum, eo citius faciliusque Mercurius humores

„intrat, permeat ac dissolvit ipsis permixtus. Hydrargyrōs
 „sublimatus ergo omnium præparatorum mercurialium ef-
 „ficacissimum, currens vero torpidissimum, viribusque
 „quam maxime mancum est medicamen.“ (Sed quis,
 bone Deus! hæc effata unquam cum sana conciliabit
 Chemia? Acidum Salis merum multo ponderosius est acido
 aceti, etiam congelationem perpresso, minus quoque vola-
 tile: ergo auctor Mercurii in Aceto soluti est Advocatus!)
 „Solutio Hydrargyri corrosivi methodo SWIETENII in Gal.
 „lia nonnunquam diras excitavit ærumnas, inter quas
 „tormina, lassitudo, sæpe ad syncopen protracta, eminent.
 „Hinc hancce solutionem mucilaginosis enervare tenta-
 „runt, unde vis draftica canalem aggrediens alimentarium
 „fracta quidem fuit (non vis in humores & nervos
 agendi), “ sapor vero naufragus metallicus nequaquam
 „emendatus. Auctor corrosivi gr. VI—VIII. in aquæ
 „font. vel distill. Mens. semis solvit, solutionem saccharo
 „edulcorat & indies duo vel tria illius cochlearia, super-
 „bibito lacte, vel, si æger maxime est enervatus, Cho-
 „colata, propinat. (Sed quis remedium ad tormina ex-
 „citanda adeo proclive unquam lacti, vel Chocolatæ lacti
 „incoctæ maritabit, dira, excruciantes dolores excitantia,
 omnino inde pertimescenda esse coagula gnarus?) “ Porro
 „quærit, quamdiu usus Sublimati sit continuandus inter-
 „nus? tautum temporis, quantum ad frangenda penitus sym-
 „ptomata luisrequiritur, respondent ut plurimum theoretici
 „Auctores. Sed hæc symptomata interdum mira celeritate
 „evanescunt, nec tamen inde inferri potest, corpus ab
 „omni labe penitus esse liberatum. Suadet ergo, tantum
 „sublimati, quantum ad evanescéntia usque symptomata
 „adhibitum est, denuo in usum vocare. Sublimati gr.
 „XVI. ut plurimum ad eradicandum sufficiunt, nisi sit in-
 „veteratum, virus. Lærgiores doses non medelam accele-
 „rant, utpote per lotium nimis cito rursus evacuari solitæ.
 saloy

„Durante hac medela quotidiana cavi oris inspectio in-
 „dispensabilis est, cum, apparente minimo Ptyalismi
 „prodromo, illico sit suspendenda. Si, sub interno ci-
 „curati toxicci usu, sensus vehementis caloris cutanei,
 „cephalæa, erysipelas, hæmorrhagia naricem obrepunt, aut
 „hæmorrhoidalis apparet fluxus, vel si inflammatorii
 „oriuntur affectus, V. Sione succurrendum est. Alvi evaca-
 „tio qualibet hebdomade radicaliter promovet curam, &c.

Interim auctor, a prudentissimo licet usu observatas
 atrophias, heclicas, marasmos, &c. a ptyalismo & per-
 versa dieta deducit. „ Argumentum illud, quod ex
 quacunque Hydrargyron exhibendi ratione jam heclici in-
 fultus orti fuerint, nullius plane est ponderis, cum non
 nisi omnes limites ex frictione, Mercurii dulcis usu, &c.
 excedens salivatio, constitutio tenella, flaccidum ante-
 paria sint excitandis. Non consolatur nos Auctor,
 quando „ pleraque Luis symptomata inde sopiri, (non
 „vero enervari) ait & virus, scirrhos & exortos fundere,
 „cutaneosque morbos profligate ex tripode quasi pronun-
 „tiat, „ dum pastill KEYSERI, solutio Resinæ Guajaci in
 Taffia, saturatum Corticis Ligni sancti cum Sale Tart. &
 Stibio decoctum, in balneo laconico, &c. securius mul-
 toties absolverint hoc pensum. Obstupesco, quando Au-
 tor tenello ab uno ad tres annos evecto de die unum vel
 duo coffeeæ cochlearia, foetui ad gutt. XXX. propinat
 remedii. Erubefco, nomine Medicorum, quando in tanto
 auctore lego, quod præsertim illi falaces, qui ardenter ni-
 mis infectis foeminis fruiti sunt, ex usu interno sublimati
 mire leventur, marasmo, lue secundi gradus & doloribus no-
 cturnis licet jam vexati. Pro nugis vendito cæteroquin clys-
 mata antivenerea de quibus ipse fatetur auctor, aliquando
 quidem aliquid boni præstisſe & in lue venerea topica ani-
 tanquam locale, non absque fructu adornari posse; ast facile
 vehe-

vehementem cire tenebrum atrocesque colicas & Medicum multo certiorem esse de transitu Hydrargyri in sanguinem, quando per os hauritur sublimatus, quam si anno intruditur camphoræ nuptus. Conuersus in *Maniere Sûre & facile de traiter les maladies vénériennes* ill. GARDANE inopinato ad Ung. Neap. confugit, quod sublimati in auxilium rapit. Nunc ad streppum Merc. subl. intus adhibendi fauorem, KEYSERI pastillorum vicissim magnum antagonista cl. CEZAN, ex cuius *Manuel antisyphilitique ou Essai sur les maladies vénériennes avec un préservatif de ces maladies*, id solum noto, quod sublimato vim specificam in lue affingat, præcipuam illius vim in acido salis lympham coactam resolvente querat, omnem durante medela obrepentem nauseam a sublimato, jejuno stomacho assumto, derivet, acute sensiles, ad hæmoptoës & phthises proclives a veneno abstinere jubeat, &c. Sed cur optime digerentes innumeros novi, qui ex cautissima, post escam involventem dosi, mox vomituriunt, & quis dispositiones ad dictos pectoris morbos semper prævidere potest? Quando clar. CEZAN in ill. PIBRAC & FABRE, quædam ipsi sublimato flagitia objicentes, acriter invehitur, quando pastillos KEYSERI pejores excitatæ ærumnas effatur, quam sublimatum, quando prophylacticum luis ex alcali proponit, luem acidæ indolis esse ratus, risum teneatis amici! Non majorem refutationem meretur cl. HORNE, qui in Tractatu: *Exposition raisonnée des différentes méthodes d'administrer le Mercure dans les maladies vénériennes* sublimatum ad sidera tollit, qui Panaceæ merc. solubilitatem in primis & secundis viis abnegat, qui ex eo absque ulla præcipitatione & violentia sublimatum agere urget, quoniam indiscriminatim omni aquæ fontanæ calcareas partes inesse negat, qui sublimato medendi rationem nullam attentam curam requirere ait, qui absque ulla dira sequela potius roborare, quam debilitare corrosivum Mercurium refert, qui denique æru-

F

mnas a sublimato in castris notatas, ut figmenta invidiæ, explodit. Nec me convincit, quando *Journ. de Méd. T. XLVI.* dicit: qualescumque a sublimato intus dato creatas ærumnas non virus, sed medelæ rationi, esse adscribendas; haud domati veneni, sed tenellæ constitutionis plurimorum ægrotorum, esse flagitia, quæ obrectatores in scenam producunt; nunquam ex copioso, simul cauto, apud innumeros usu Sublimati semeat mala symptomata expertum fuisse; dirissima fese, mediante corrosivo, cito, tuto, ac fine recrudescentia expugnasse mala; nullas recidivas, elapsis quindecim annis in compluribus novisse, &c. In eo vero cum ipso sat convenientem me habet, quando subjungit: Experientia se edoctum esse, sublimatum non cuncta æque fugare venerea symptomata; mala localia, quibus par est, cancros, phymoles, morbos cutaneos & gonorrhœæ species, quæ Mercurio egeant, esse; minus adæquatum vicissim stasibus lymphæ, bubonibus, exostosibus inveniri; in his ultimis localem vivi usum interno esse nubendum sublimati Hydrargyri; dari casus, ubi corrosivus plane exulare debet Mercurius, ut: inflammatorii insultus, scirri ad carcinomata proclives, febres lentæ, affectus spastici, tussiculæ, colicæ, &c. Similis farinæ in defendendo sublimato, *Tomo XLVI.* vix citato, est clar. PATEL, pilularem formam, utpote citius dolores & inflammationes ventriculi excitantem, respuens. Sed huic refragatur experientia, dum plurimi plus toxicæ in catastrophis, quam soluti ferant, utpote citius solubilis. Non hic silentio premere possum, cl. MARET, *Journ. de Med. Tome XLVIII.* tres casus allegate, ubi mediante usu pilulari Mercurii subl. serpigines venereas domavit refractarias. Nec reticeo clar. BROUSSE, qui, juxta Novellas: *Gazette de Santé*, 1773. & 1774. "Mercurium sublim. in inveteratis rheumatismis, lumbagine, ischiade cum fructu exhibuisse refert, & cel. FOUCET, qui juxta L. C. idem

remedium interne cum optimo fructu serpigini non
venereæ & scrophulis, cum Dec. Bardanæ, Lap acu-
ti, &c opposuit. Iniquus denique in lectorem effem,
si ipsi novam haud narrarem sublimiatum exhiben-
di rationem, qua cel. LE FEBURE, *Journ. de Med.*
Tome XLI. inclaruit, Succolatam intelligo antivene-
ream. Hujus præparationis sequens est ratio: Rx. Merc.
subl. Gr. XVI. Spiritus frumenti q. s. ad solut. Bals.
Peruani liq. Unc. semis, Pastæ Cacao Unc. XIV. Sacch.
Canar. Unc. ij. m. per tritur. plur. hor. & effinge Ro-
tul. N. XVI. d. f. *Alle Morgen und Abend ein Quart-*
Stück mit Milch oder Wasser gekocht zu nehmen. Sic,
ut fert auctor, ingratus præcavetur sublimati sapor, sic
absque verecundia, clandestina medela, venereus ab-
solvere suum potest pensum, sic omnibus tandem a ve-
neno timendis ingratis obviam itur sequelis!

§. XII.

Inter neotericos Britannos sublimati Oratores sum-
manni attentionem meretur anonymous quidam, qui in
Schematis sub titulo: *Practical Essays on medical subjects*
by a Member of the royal College of Physicians of London
and Edinburgh I. Sectione sibi singulare negotium facit,
securum medicamentorum variorum, ut virus reproba-
torum ab injuriis vindicandi usum. „ Dudum auctor,
„ ut ait, mercurium subl. scopo medico tentavit, eo al-
„ lectus cum vitæ pertæfa paupercula venenum aqua fo-
„ lutum, suicidium meditans, haustura, non nisi cochlear
„ I. ob nauseam devoraret, unde cavi oris, faucium,
„ gulæ, stomachi excoriatio, dira aliquantisper durantia
„ sub deglutione symptomata & anxietates secutæ, ast si
„ mul inveterata scabies venerea funditus fuit ablata. Eum
„ allicuit maxime veteranus Medicus HARFORD, a quo
„ sacram in desperata lue anchoram edoctus fuit, utpote

Bolos VIII. ex mercurii subl. opii & camphoræ ana gr.
 VIII. Salis tartari gr. XXIV. Conserv. Cynosb. q. f. per
 trituram horæ effingere. Dosis qualibet vespера, imo,
 pro re nata, qualibet alterna solum, Bolus I. Cicura-
 tus alkali sublimatus Hydtargyros a cel. D. WALL
 per observationes ad fidera elatus fuit, utpote cui ipsi
 forte fortuna, cùm vírus haufisset, haustus olei tartari
 p. d. miro fuit solatio. Spe fretus haud exigua auctor
 tunc sublimati gr. III. in aq. Ros. Unc. II. & Syr. Viol.
 Unc. I. solvit &, quolibet mane cochlear I. exhibens,
 cardialgiā refractariam domavit. Sed usurpatis vix
 gr. II. falivatio orta est. Perterritus in posterum toxi-
 co laxans nupsit sequenti modo. Rec. Merc. sublima-
 mati, Camphoræ ana Scrup. I. Mass. pil. Cochiar.
 min. Lond. Drachm. III. m. per tritur. & effinge Pil.
 N° XL. Hoc pharmaco cum infuso flor. Malvæ, at
 vehiculo, ingens turba venereorum fuit curata. SWIE-
 TENII remedium longe post hoc auctori innotuit. Ma-
 la inde oriunda a ninni veloci Mercurii ex Spiritu de-
 rivat præcipitatione, quæ in solutione aquosa nequa-
 quam timeri debet. Unde sublim. gr. XVI in aq. ros.
 Pinta I. solvi curavit. Hujus solutionis Unc. II. repe-
 titis dosibus, spatio nycthemeri, Dec. aq. ex Rad.
 Sarsap. Unc. II. Rad. Mezer. Dr. semis Sacch. edulcorati
 Unc. XXXII. mixtas succcessive exhibuit. Nunquam
 in quam maxime refractariis venereis malis se spe ex-
 cidisse aut prava remedium excitaſſe symptomata au-
 tor est! in lue recenti pilulis vix enarratis omnem
 absolvit paginam. Præter huc utrumque remedium in
 morbis exanthematicis chronicis variæ indolis, ulceribus
 dolorificis Amauroſi minante, Rheumatismis inveteratis,
 Lumbagine chronica, Arthritide vaga summo adhibuit
 cum fructu &c., Lubens fateor, hanc relationem
 summatam meam moyisse attentionem, unde ambo reme-

dia in robustis fentanda exhibui venereis militibus. At sancte affirmare cogor, ut effectus Massæ pilularis omnem spem superavit, ita solutionem corrosivi in aqua distillata cum Dec. rad. Sarsaparillæ & Mezeræi maritatem penne trucidasse ægrum, licet prudentissime adhibitum fuerit larvatum virus. Ex lehissime repetita dosi postridie enim mox sincerum cruentum, sub diris tormentibus, per sedes edidit quadratus homo. Ideo non comprehendere quo, eur anonymous auctor, de egregia methodo sublimatum Mercurium per alkali fixum cicurandi certior factus, non domato per aquam Rosar. virus adhuc drasticæ rad. Mezeræi decoctum nupserit. Sane, post Pastillos KEYSERI absque Manna paratos & cum duplo Salis Tartari non deliquescentis, per horas tritos, non exoptatius & securius novi ad delendam ac exterminandam luem præparatum, si ambo remedia a prudenti ad lenem ptyalismum usque adornantur medente! Hac occasione quoque famosi Itali, clar. BONA mihi facienda est mentio, qui *Historiam aliquot curationum Mercurio sublimato corrodente perfectarum*, Veronæ edidit 1758. quibus compertrum habeo, SWIETENIANUM remedium in octo venereis & pluribus hydrope incipiente decumbentibus cum fructu exhibuisse. &c.

S. XIII.

Coronidis loco ad ingenos medentes transeo, qui Mercurii corrosivi localem usum in læsionibus continui variæ indolis audacem, imo nefandum pronuntiant, observatis fide dignis suffulti. Dudum DEGENERUS in calce Tractatus: *de Dysenteria epidemica contagiosa Neomagnum devastante*, casum mulieris topico usu corrosivi interemptæ allegat, quem Empiricus quidam ad resolvendam levioris notæ cruris indurationem administravit. Rodentissimum virus profundam escharam, dolores violentos, tu-


morem inflammatorum pugni voluminis, auxietates, syncopes, interspersis misellam decussatim distorquentibus convolutionibus, junctoque immoderato ptyalismo, excitaverat, ex qua malorum complicatione, elapsis vix duabus septimanis, e medio fuit sublata. Jll. ASTRUC, *de morbis venereis Tome I. Lib. II. Cap. VII. p. 169.* acerbe dolet, agyrta decoctum aquosum sublimati adeo frequenter, sub forma loturæ, in Gallia adhibere, ut lenem per resorptionem virus moveant salivationem. Clar PIBRACI effata (§. 3.) circa internum & localem corrosivi usum ibidem haud segregata, ne sermonem turbarem, allegavi. Sed, arctis cancellis nimis inclusus, reliquos localis sublimati usus justos osores mitto & tandem ad primarios ejus defensores me accingo, ex quorum caterva non nisi præcipios quosdam excerpere memet sinit instituti primaria ratio. AUGENIUS FERRERIUS *de Pudendagra L.I. C. XIII.* refert: suo jam tempore ad expugnandum venereum virus loturas cum merc. subl. in terdecuplo & triplo liquoris aq. soluto fuisse adhibitas. Eas dein plures & haud infimi subzellii instituere Practici, ut: FORESTUS, *Lib. XXXII. Obs. XVI.* PURMANNUS, *chir. Lorbeerkrantz p. 685.* MANGOLDUS, *Id Mat. med. p. 294.* MAURITIUS HOFFMANNUS, *Prol. de Medic. Select. p. 230.* & innumeris pene alii, quos sedulo collegit ASTRUC *Tom. I. p. 163.* Immortalis BOERHAAVE, annuente ill. L.B. VAN SWIETEN, *4c. Tom. V. p. m. 546.* ab initio solutionem Hydrargyri subl. nonnisi ulceribus mali moris opposuit, absque venereæ luis ratione. Eximus RICHTER, *Anfangsgründe der Wundarzneykunst, I. Band p. 291.* de Scirrho & Cancro agens, & observationem mox citanam præprimis tangens, ait: *Der Sublimat ist in einigen Fällen vorzüglich mit China und Schierling von gutem Nutzen gewesen. Bey dem Gebrauche dieses Mittels aber muß man den Speichelfluß zu vermeiden suchen.* Inter Sue-

eos, illi. BIERCHEN, de signis ulcer. cancerosor. scrophulosis
 rum & venereorum mala ultimæ classis locali remedio ex
 Hydragryri corros. gr. IV. in Spir. vini Unc. I. solutis
 & linteo carpto exceptis feliciter debellavit, duas sub-
 junxit observationes. Laudatus jam GARDANE in calce
 opusculi: *Maniere sûre & facile de traiter les Maladies ve-
 nérienne*, Gonorrhœam virulentam explicans, Mass. pill.
 PLENCKII vel solutionem Mercurii vivi aq. ejusdem quidem
 intus commendat, ast sublimati gr. XII. aquæ calcis &
 extracto Saturni simul nupta injicit. (En methodum se-
 curam, malum locale, cum pertimescendo horrendo
 ptyalisimo, aggrediendi!) Non omitto inter Anglos,
 opusculum: *the Effects of Injection into the Urethra, and
 the use and abuse of those Remedies in the Cure and Pre-
 vention of the virulent Gonorrhœa, briefly considered, with
 occasional Remarks on the nature of that disorder*, by
 BAYFORD, in quo auctor mulieribus Leucorrhœa vel Go-
 norrhœa virulenta laborantibus solutionem Sublimati in-
 jicere aliquoties de die præcipit. Huc pertinet denique
 clar. GOOCH, qui in propriis *medical & chirurgical Ob-
 servations*, mirum quantum extollit sicurati Sublimati
 „ localem usum in ulcere carcinomatoso, quod os, la-
 „ bia, linguam velumque palati devastavit & ex siphon-
 „ ne depurando, ore exsucto, ortum fuit, per quem
 „ Cancro linguae affectus antea juscula fuxit. Commu-
 „ nicatum sic virus ex infecta per osculum denuo ipsius
 „ mari o fuit imprægnatum tanta cum violentia, ut fö-
 „ diffissimo cancro perierit, dum uxor desperatissima con-
 „ valuit medela. Assumisit nimirum per sex menses intus
 „ Spiritum min. VAN SWIETEN refractis dosibus, in fine
 „ curæ cortici nuptum Peruano & copiosis haustibus de-
 „ cocti Rad. Sarsap. Ligni Guajaci, Sassafras, &c. mer-
 „ sum. Colluit os decocto Avenæ aq. cum melle Rosar.

„ & granis aliquot Sublimati, &c. Sed quis bonus hic non primo momento ulceræ venerea agnoscit, quæ Chirurgus cum carcinomatosis vulgaribus confundit, quis audaci methodo, quam toties jam debellavi, utenti & Mercurium sublimatum merum ulceribus applicanti refutando non mecum supersedet?



(X 228 1910)



S P E C I M E N I N A U G U R A L E
M E D I C O - T H E R A P E U T I C U M
D E
P R O S C R I B E N D O P O T I U S
Q U A M P R Ä E S C R I B E N D O U L T E R I U S
M E R C U R I I S U B L I M A T I
C O R R O S I V I
I N T E R N O A C L O C A L I I N R E M E D I C A
E T C H I R U R G I C A U S U
F A V E N T E D E O
C O N S E N T I E N T E G R A T I O S A F A C U L T A T E M E D I C A
P R O L I C E N T I A
S U M M O S I N M E D I C I N A H O N O R E S E T P R I V I L E G I A
D O C T O R I S M E D I C I
L E G I T I M E A D I P I S C E N D I
I N A R G E N T O R A T E N S I U M U N I V E R S I T A T E
D I E X X . S E P T E M B R I S M D C C L X X X I V .
P U B L I C E D E F E N D I T
F R A N C I S C U S A N T O N . C L A D , B I T S C H W I L L E R O A L S A T A .
I N A U D I T O R I O M I N O R I H . C .

ARGENTORATI, Typis JOH. HENRICI HEITZ, Univ. Typogr.